

Jakob Engelbrecht


**Cometae Qui Anno Christi MDCXIX. In Mense Octobri Micare Cepit, Atque In Decembris medio vicissim evanuit, Classicum Tam ex fundamentis Astrologicis, quam probatis Historicis Heroico carmine explicatum, atq[ue] in Gymnasii, quod Sundij celebre est, Auditorio, (ut vocatur) Aestivo publice decentatum 29. Decemb. ejusdem anni**

Gryphiswaldii: Albin, 1618

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79643512X>

Druck Freier  Zugang





Ad-1028<sup>1-8</sup>





# COMETÆ QUI ANNO CHRISTI

M DC XIX. IN MENSE OCTOBRI  
MICARE CEPIT, ATQUE IN DECEM-  
bris medio vicissim evanuit,

## CLASSICUM

Tam ex fundamentis Astrologicis, quam probatis Hi-  
storici Heroico carmine explicatum, atq; in Gymnasij, quod  
Sundi celebre est, Auditorio, (ut vocatur) Aestivo publicè de-  
cantatum 29. Decemb. ejusdem anni

à

JACOBO ENGELBRECHT, GYMNASII  
eiusdem COLLEGA, & divinæ Mathe-  
seos Studios.

2. Samuel. 24. 14.

Melius est, ut incidam in manus Domini, (multæ enim  
misericordiæ ejus sunt) quam in manus hominum.



GRYPHISWALD, I,  
Typis JOHANNIS ALBINI, Anno 1618.



VIRIS

Magnificis, Clariss. Ampliss. Prudentiss. Consultiss.  
Dominis meis,

Dn. CONSULIBUS, STNDICIS, CAME-  
RARIBUS, JUDICIBUS, omnibusq; adeo totius  
patriæ PATRIBUS CERTISS.

ut &

Reverendis, Clariss. Humaniss. Præstantiss.

VIRIS

Dn. SUPERINTENDENTI, PASTORI-  
BUS, ARCHIDIACONIS, ac DIA-  
CONIS

ad eog. Magistratus, quā ad Politiam, quā ad Ecclesiam,  
quā S. Sundium utrigz

Dn. PATRONIS MEGENATIBUS, ac  
PROMOTORIBUS plurimū honorandis,  
observandis, venerandis, in feliciss. non tantum  
hujus novi, sed etiam omnium reliquorum an-  
norum successum.

Accipitote Viri placida presentia mente  
Hec Xenia, engrati nam monumenta animi:  
Certo expectantes posthac majora, Thalia  
Cum mibimet cerebrum doctior arte rigat.

gratæ beneficiorum recordationis ergo Car-  
men hoc Dico, censendum ac defen-  
dendum SUBIICIO, AUCTOR.





## IPSUM CLASSICVM.



Rma, necemq; cano, qua cœlica castra minantur  
Terrigenum parti, per plurima millia Mundi  
Leucarum utenti spatijs, crinemq; timendi  
Sideris in Zenith spectanti nocte serena.

Neutquam enim temerè fax est accensa suprema  
Aëris in plateâ : licet hic, atq; astimer ille,  
Naturâ genetrice illuc scandisse crematum.  
Quippe quod S natura nihil, cœlestia nil q;  
Numina tentavere, suo quod fine fuisse  
Frustratum, sua nec fecisser munia recte.  
Quod si non Physicus, quod si non credere nobis  
Complaceat, Cœlum, motum cœliq; perennem,  
Tam variumq; animo scrutantibus aëre Chasma:  
Christe age præcipue Vatum da verba tuorum  
Percipiamus : ad id tu pectora tollito nostra  
Ipse, bono gressus tu dirige tramite nostros,  
Ult Spreto Cœli de signis dogmate falso,  
Doctrina figant semper sua basia vera.  
Ergo audite, roga, quid primum conferet ignis  
Accensus cœlo : dein percipietis & ipsi,  
Cui terra, populisve quibus minitando nocebit.  
Nam magna parti mala plurima conferet Orbis,  
Quandoquidem tanta non solum cernitur, Uncum  
Sed quoq; duranti Caudæ simul inficit ira.  
Ac perversa licet multorum ignavia mentes  
Tam capit, ut cerebro nequeant includere stulto,  
Quod non stellarum frustra respendeat agmen.

A 2

Cœlo,

*Caro, sed populis non tantum in SIGNA dierum,  
Annorumve, aut ut quoq; cetera tempora monstrant,  
Affixum numero vix mensurabili Olympo.  
Quippe ita non loquitur rerum Fabricator, & Auctor,  
Quem penes est ideo quoq; rerum summa potestas,  
Quem penes est itidem rerum Sapientia summa:  
Sed jungente ipso dat Copula singula juncta,  
Quando ait, inq; dies, in Signaq;, deniq; in annos  
Sidera sint affixa Polo, in Prognostica tandem.  
Sic quoq; naturam cœli, Deus optimus Auctor  
Natura, donis dotavit pluribus. Immò  
Si propter noctis, simul ac discrimina lucis,  
Saltem juncta Polo reniterent Astra, quis usus  
Stellarum foret Octavi, ceu dicitur, Orbis:  
Lumina cum majora duo, Sol, Lunag, plenè  
Sufficient cuivis eadem distinguere terræ?  
Ad quid præterea rerum tu Summe Creator  
Vocem adjecisti SIGNI, nisi plura notarent,  
Quam quod de tenebris discernere lumina possint?  
Quandoquidem illa viam monstrante negotia ductu  
Expediunt naturali, nec creditur ulli  
Miraclo fieri: nisi tu mireris Adamum  
Gignere posse alium, Thomam, Petrumve Petrumq;.  
Postremo non est, quem tanta insania captes,  
Ut nolles sua nunc attollere lumina sursum,  
Ac cunctis, quibus est mens sana in corpore sano,  
Consentire, mali præsentem ferre Cometem  
Non minimum, Mundus siquidem non viderit unquam  
Aëream flamمام tam Cauda impunè proceras.  
Quod si ita, nec tales ullos micuere per annos  
Stellæ, successit queis non mutatio Mundi*

*Inſi-*

Insignis, si digna fide quid scripta recensent  
Historicum, modo qui perhibent mutasse Cometas  
Regna Monarcharum, modò delevisse virosq;  
Fæmellasq;, Solum modo & evertisse, famemq;  
Terrigenus miseris totum indixisse per Orbem:  
Et quæ sunt similis complura effecta farinæ:  
Quæ paulò inferius monstrantur singula justo  
Ordine, Cum nostri caudæ lustrabimus Astri  
Significata. Quis insigni splendore micantes,  
Æthere stellarum catus non credet eosdem  
Eventusq; sequi; miserisque bonumve malumve  
Ferre? Quis est tamen amens, quem non audire juvare  
Auctorem rerum, qui singula nominat Oithoth?  
Has namq; in primo profundit ab ore loquelas  
Principio, post Signa tibi sint sidera, Munde,  
Dent hac Astra dies, annorum cetera cursus  
Describant, tandem illa tibi præconia signent,  
Quod namcunq; tuisq; tibiq; obvenerit olim.  
Hac vix ad finem, quo non sapientior auctor  
Exitit ulla tective, domusve, operisve  
Dixerat: Ecce suo sunt ordine lumina præstò,  
Rite satisfaciant, ad quem sunt condita, fini.  
Deniq; quis sobolem domitantia sceptra parenti  
Tolleret? aut baculum quis tolleret Upilion?  
Sed quia ceu rerum genitorem Conditor Orbis  
Sidera constituit, tamen quæ generantur in illo  
Patre illis fiunt: & erunt ita causa Cometae  
Præsentis, per quem signant nunc clariss, Orbe  
Cum pravo quid sint actura sequentibus annis.  
Quod ne cui videar configere, pensiter unus  
Quisq; sua ipsius justo libramine mentis,

A 3

12

Ad normam veri num congruat, anne resistat.  
Si tamen atq; aliquis causam desideret, illi  
Sic illam ex gremio naturæ colligo paucis,  
Ens quia barbatum hoc accensum est aëre summo:  
Aut splendebit idem natura lege locatum.  
Illuc; aut etiam condente subinde JEHOVA.  
Hoc puto blasphemum fari, scriptisq; piorum,  
Principè Mosis non respondere, Prophetum.  
In primo mihi qui non assentitur, cundem.  
Illicò ad Hugonem Patres Anto quoq; nimum.  
Sinceros, quibus atq; fuit sincera probata  
Rellgio semper, mitto, qui voce, librisque  
Consensu unanimi mecum profitentur id ipsum.  
Insuper ac horum quoniam dubitatio sanos  
Nulla capit, poterunt etiam non jure negare.  
Signa enodari divinam posse per Artes.  
Nec citò fiat eo supremo injurya Jova.  
Quandoquidem, ipse jubet constans quemcunq; figuræ.  
In tales oculos defigere: tumq; nec usum.  
Afferrent aliquem miseris mortalibus, Arte  
Si non institui posset prædictio quedam.  
Sic deliraret Mundus quoq; sic quoq; quisq;  
Forte insaniret, qui præcipit Astra timere,  
Quiq; unquam barbam longam timuere Cometa.  
Ergo non extra rationem inventa videtur,  
Quæ contempletur Techne, præsaga supremi  
Ætheris eventus in tempora longa futuri.  
Prorsus & in Cerebro clari non nata putanda.  
Astrologia viri tantum, sed desuper alto  
Missa Polo, dignis data, largitore Tonante.  
Cui quoq; propterea grates nunc Orbis alumnus.

Quem.

Quemlibet, haut turpi qui pectora dona J E H O V A E  
Accipit, & recolit, bene sacrificare necesse est.  
E heu quam miserum Mundi genus editus omnis  
Esset homo, si non hac vaderet Arte lucerna !  
Ab animal monachum mortalis Adame profecto  
Rite fores, Biblijs modò si contentus, ad illa  
Signa caput simul haut tollas, queis Christus eremos  
In loco eremo homines monet accuratius omnes  
Suspicere in Cœlum, quando sic Æthera signat,  
Aëris aut vicos, curaq; evolvere causas  
Majori: Salvator enim solummodo dicit,  
Tempora perpetuae vicina notare salutis.  
At ubi, qua debent præcedere talia, monstrat,  
Nullorum meminit signorum. Exempla requiri?  
En cape, queso, tibi clarissima verba Prophetæ  
Busidae, per quem populo minitatur Jova,  
Prælia Turcarum postremo tempore Mundi,  
Otia si non hic populi secura maligni,  
Criminibusq; sues quam pejus olentis abyssi  
Mundane facias signacula, nulla videbis.  
Attamen interea, me judice, nemo negabit,  
In nos illa Prophetarum præsagia, Mundi  
Qui sumus in finem servati, jamq; potuisse  
Concinnè sat is aptari, cum nescio, quanta  
Otia captarint populos jam mente malignos !  
O quanta improbitas ! o quanta superbia ! quantus  
Ceperit o luxus mentes ! quam immensa sitisq;  
Argenti ! proh quis colit hoc oracula verbi  
Seclo quem vitâ juvat his imitatio Christi  
Temporibus ? quem signa movent jam calica ? quisq;  
Illa lubens venerans, extremi judicis illa.

Esse

Esse tubam credit, qua primum commonet, ex hoc  
Lumine non dudum post hac fore quemq; latenter.  
Ex illis, quorum sunt Corporate etta sepulchris.  
Impie sed cætus valeas! abeasq; ubi Cœlum  
Sauromatas circum tegit! & Garamantas & Indos?  
Non enim lustrat præsens tua Regna Cometes,  
Vertice sed nostro fermè micat ense promissō  
Innumerōs passus, & milia multa viarum.  
Cujus ego tibi materiam cum ostendere conor,  
Auditor, fundamentum lectorve per Artis:  
(quandoquidem id ratione docent te Biblia nulla.)  
Non decet in primis tacitè transire Sophorum  
Naturæ causas, quibus arbitrantur ijdem  
Aëre supremo, nasci generalia quamvis  
Largiri tantum videantur initia partus:  
Cum dicunt, primum multos telluris in alvo  
Humores cogi, quos cum Phœbœia flamma  
Aëris in vicos adigit prodire supremos,  
Atq; repente suis radijs succedit ibidem:  
Unde fit horribilis visu cuiusq; Cometes.  
Qui varia sese mensura ostendit homullis.  
Nam qui Materie fulgent ingente Cometa,  
Hi spatiūq; suo concludunt corpore cœli  
Majus: at hi, quibus est non copia tanta vaporum.  
Contenti spatijs ex æde minoribus aura  
Cœlestis splendent, etiam fortasse tot ulnas  
Non ope, Phœbe, tui fervoris in aëra summum  
Depulsi, quam si sumis compluribus urgent  
Illiū in circō convexi stare, vel ire.  
Præterea minimè formis apparel ijdem  
Stella Comata, sed est nimis apparentia formæ

Multi-

Multiplicis: modò namquis, refert splendore micantem  
Lampada, mox teretem prefert ritè Columnam:  
Mox homines virga specie, gladij ve minacis  
Territat, & stygio jaculo colliniat orco  
Tradere, mox cornu minitatur quemquis ferire,  
Vertice mox barbam ramoso crine remittit,  
Ceu avis expandit cauda Junonia plumas.  
Mox coma circumagit caput, & mox dolia format.  
Saepeque stellarum micat ut clarissima, qua vel  
Lumine majori lustrant ex ethere summo  
Tellurem, vel que varijs hic saepe vagantur  
Per loca Zodiaci, redeunt quoque cursibus illat.  
Qualem Centauri celse senis eminus ades  
Monstavere super vicinum vertice nostrum,  
Ante decem saltem, notum quod pluribus, annos  
Cum quatuor, cijus non pauci effectaq norunt.  
Sed quia tam varijs se monstrat stella figuris  
Valde longa comis, sine non ratione rogatur,  
Unde figuretur tam discolor ejus imago,  
Tam variae, sinus speciei? forte cerebro  
Prehendit adhuc quivis, quod Sole trahente vapores  
E terra fiant: sed qui tibi, Cynthie, soli  
Tanto percuperent humeros onerare labore?  
Quisque tuis socijs effectum demeret omnem,  
Effectum, quo quid valeant, vix assequor ore,  
Effari: in partes, quas claudunt concava Luna  
Cornua? Quis simili formas rem crederet unam  
Materia tam dissimiles incudere posse  
Prasertim data si sociorum prompta corona?  
Ergo non lampas solum Titania sidus  
Tam varium conformabit, quod cuiquis timetur:

B

A

At tām ramosos ipsi sternentibus ignes  
Pluribus, è specula apparet fulgere supremi  
Aēris, ut capiant, aura quicunq; foventur.  
Quod cum multa probant, probat id quoq; forma coloris  
Multiplex, qui non ex aequo competit uni  
Erranti. Rutilat crebro Mavortius ignis,  
Nigrefacit plerumq; senis falx in idatorvi,  
Jupiter albifacit, candentem, Phœbe, colorem.  
Das tibi subjectis, reliquiq; coloribus ornant,  
Horum qua sceptro subjecta verentur eosdem.  
Ergò tām varijs unus non sufficit Auctor  
Officijs, nec materies diversa vaporum,  
Diversum eventum simul excusare valebit,  
Diversum quia non natura operatur, eodem  
Sed facit assidue pacto sua iussa. Nec obstat,  
Butyrum, ceramve liquari à Sole, solumq;  
Contra siccari, primum cum condita pugna.  
Ac quia materies saltem datur una Comati  
Sideris, in Cælo multo disposita colore,  
Tum quoq; per varijs formis ostensa, vijs  
Non adeo celsum possunt virtute levare  
Solius Titanis, ut lustrantur ocellis  
Artificum, è terris etiam sed sèpè trahuntur  
In sublime, Poli à reliquis erronibus alti.  
In nostrum quod concinnè quadrare videtur.  
Nam color in primis rubicundus, Marte parente  
Certò prognatum dicit, quod è igneus ejus  
Non negat, heus, sursum cursus, quia proprius ignis  
Martis, cùm cunctis per eum quacunq; parantur.  
Cumq; videbatur pallere subinde, senilis  
Seminis admixtum quid habebat, idemq; fovebat

Ignem

Ignum flammivomum, plures addendo vapores,  
Quis magis, atq; magis celo flagraret Olympo:  
Ni prorsus radius quatuor per signa globatē  
Corporis obliquum numeratus malit in ortus  
Ipsius, Saturne, tuus juvisse ferocis  
Semina Mavertis, spontaneus atq; tulisse  
(Ab dirum monstrum) virga sua vimina pestis.  
Nam licet aërea non sunt exordia stellæ  
Cognita, nec pateat citò cui libet ipsius ortus  
Artifici, nam si solis pareretur aprico  
Lumine, quao viri cuius prostaret ocellus?  
Aut illam si quis nebulosa nocte crearet  
Fortè Planetarum, propria vel Cynthia luce,  
Dic age, quis divinaret, quo nata parente,  
Quave sub obscuris nebulis foret edita matre?  
Sive sua visu natura, sive per Artis  
Æmula nature conquireret organa doctæ:  
Sive etiam cuperes multò studiosior ipso  
Rege Mathematicū Ptolemeo, sive Platone  
Sive vel Hipparcho, vel prisco Euclide videri.  
Ardua tam res est partum monstrare Comete!  
Sed sit res ingens, sit res tam magna, negandum  
Non tamen est, illos accendi, & in aëra ponи  
Nequaquam, nisi Saturno, vel Marte juvante  
Adversis radijs, si non generentur ab illis.  
Noster & hinc igitur radijs non liber ab horum  
Exitit omnino minitantibus, ut modò dixi.  
Sed magis ipsius concurrexit uterq; malignus  
In simul in partu, prout observatio nostra  
Nos docuit: radius Saturni lividus atri  
Per quatuor (quod ego memini) vel sena globatē

B 2

Signa

Signa recensitus circi, (radiatio valde  
Quæst aduersa bono) Martis promovit atroces  
Cum Lunâ nimis instabili, vel Apolline multum  
Non etiam fido, congressus: cumq; dedisti,  
Scorpie, tute illam mundana lucis in auras,  
Rite sub imperio & sumpst primordia Martis  
**Prima.** Quod & referunt Nautæ, qui protinus ipsum  
Autumni conspexerunt sub origine Mensis  
Octobris, cum nave sua borealia corde  
Littora tranarent audaci. Hinc ergo patebit  
Unicuiq; velit nobis quid ferre Cometes.  
Nam velut haut frustra, (quod credere cogimur omnes  
Historijs,) aura procul exarsere supraemæ:  
Sed semper secum quid portavere maligni;  
Nec præsens ardente suo fraudabitur igne.  
Sed queis pestifero, præs, o Nepa dira, veneno,  
Quosq; furore suo frenat lanx Martia libra,  
Illi sentiscent, quare tam lumine claro  
Se monstrarit eis, supra caput & quibus ade  
Constiterit summa, gustabunt pocula, letho  
Qua modò miscuerint ejus truculenta venena.  
Sed quidnam in specie, quibus & metuenda Columna,  
Cælestis populis, quos posset tradere morti  
Vel casu, spolio vel principis illius ora,  
Quam tanget, terreg, fore sat firma columnæ:  
Nos non immerit solerti indagine mentis  
Querimus, in primis oculis cum cernimus, illa,  
Puncta ferè nostri quod verticis occupat, Eheu!  
Quis nunc idcirco tam surdis auribus esset,  
Quem non Artificum mens docta quid estimet, aut quid  
Haut segnes calami moneant, audire juvaret?

Cujus

Cujus in aspectum monstrum non prodit? aut quis  
E virgine nostrum valet hinc educere nates?  
O nimis infelix monstrum, quod peste, procellis,  
Seditione, armis delebit plurima Mundi  
Climata, va miseris aura mortalibus illas,  
Quos modò spiritibus latè mordacis inescant?  
Ah quot peste viros, fæmellas quotq; necabit?  
Infelix ter, & infelix plus quam quater ignis  
Aëreus! dolor heu quantis inviset humumq;  
Turbinibus! quantisq; ruent, heu, tecta procellis!  
Sed quia conductit potius, magis atq; salubre est  
A Domino plecti peccata nefanda, profundo  
Pectore qui veniam noxae petiere, Tyrannum.  
Quam manui atroci submitti: sunt levia illas,  
A quovisq; pio constanti corde ferenda.  
At quis uti mortalù homo perferre valebit,  
Si status imperij, si cultus Religionis  
Deleri inciperet peregrino à Cæsare ferro:  
Ni Deus ipse suo nobis solamine præsens?  
Altitonans igitur quoniam proponit utrumq;  
Catibus ecce suis, in quis exar sit in iras  
Ob mala, quæ magis ac bona amant, nec pœnites illos  
Criminis ullius, Divo cum vate Davide  
Agmina nos potius nobis divina precemur,  
Clementiæ Dei manui submittere nostri  
Malimus, quam cæde suis eliminet armis  
Barbara nos acies, nimiaq; Tyrannide frænet.  
Nam certum est, virga nosmet præsente JEHOVAM  
Velle vocare suas balantes, calle vagantes  
Ambiguo, redeant in rectum pectore calle,  
Ne lupus è terra peregrina occurrat eunti

Decli-

B 3

Declivè, cupidisq; suis ingurgitez alvis.  
Propterea sœvum primum monstrare Cometens  
Per colubrum voluit calestem, prima venena  
Funderet ut nobis, quo projiciemur ad hostis  
Adventum immitis, percussa Patre paternæ.  
Ergo ter felix mecum qui percutit illud!  
O nimium felix, felix ter & amplius ille,  
Qui cupit accensam compescere coninus iram  
Numinis, atq; sua penam cognoscere culpa,  
Dignus uti fiat, collidi peste supernè  
Demissa membris, lassus quo spiritus alti  
Incolumis servetur amanda in gaudia carli!  
Durius est quid enim, quam si velit eminus hostes  
Huc properare solo ex alio, cum Patre supremo  
Nos placare, magis quibus est placare necesse  
Semeteos, quoniam procul absunt fædere divo?  
Nam velut interitum nunc monstrat, calculus orbis  
Ab ore non longè, sicut deduxit eundem  
Nicoleos Doctor satis haut laudatus in ulla  
Secula, qui docuit fido candore J E H O V A E  
Dogmata in urbe Albis, fortassis tempora verè  
Temporis interitus in tempora nostra reponens:  
Cum suggestis ei sacra scriptio tempora nostra:  
Tempora que fastu, livore, tument & amore  
Argenti nimio, minimè quin nomine digna  
Criminis in verbum, fidos verbig; ministros  
Seva putant convitia, jurgia dira, minasq;.  
Ac quis jura scelerum vitare piacula curat?  
Quæ si quis cuperet species memorare per omnes,  
Haic nec sufficerent chartæ, nec lingua, nec ora,  
Ergo cùm Mundus generis tam pronus ad omnia  
Crimina vult numero consentiat ultima finis.

Sic

Sic quoq; cuncta hominum, qua flunt, acta videntur  
Consentire, diu magis haut præfigia vatum,  
Suspendenda Dei, Mundi præcedere finem,  
Qua debent miracula, qua predicta q; restant  
Nunc implenda, suoq; effectu danda reapse.  
Atq; hanc ob causam succendit in aëre lumen  
Altitonans, foret ut postremi nota diei,  
Quod facile quivis valeat hinc concludere certo,  
Quod propero motu multas inviserit Orbis  
Partes, nec semper fixum permanxit in illis  
Quem flagrare locis incepit, illud ut omnis,  
Lumina qui saltem relevavit ad aëra, vidit.  
Ergo nec effectus nostri residebit in una  
Parte soli, Mundi loca sed complura maligni  
Inviset. Quod si dubites, exquirere temet  
Confer ad Hollandos, Danos, Suecosq; negabunt  
Nequaquam crines quoq; se vidisse Cometa.  
Ac quid? non secura fuit Polonia, Prussi  
Viderunt illos: tibi quid feres Austria, nostro  
O nimium vicina solo, nimis atq; Cometa  
Vicus capiti non tantum: sed quoq; tandem  
In nostro faciens urendo vertice finem.  
Ohe quam durum nostris cervicibus omen!  
Ah quam non felix monstrum in fastigia nostri  
Obductum cœli! num curas talia? si non,  
Percipe plura, rogo. Namq; emersisse Cometen  
Vidisti ex ortu, celerem petijisse plagamq;  
Australem, fixum nec in illa sede stetisse,  
Sed simul in nostros quoq; concendiisse Caballos  
Arctoe partis, nimium cum calle Bootæ  
Directo pernix transasset sydera, nostre  
Frontis ad extremas fermè vergentia partes.

Hac

Hacnè tuo capis auditu, nimis impie Munde?  
Hacne tua mentis pendis penetralibus imis?  
Jamne metu percelleris? Ab age, mente voluta,  
Quid tibi significare velint, nec sperne, fidelis  
Qui tibi proponunt illud, calamoz labrisq.  
Insuper hoc animo simul ex me percipe, qua nunc  
Suggero, in experto sed non rationis egeno  
Omninò calamo. Notum quin cui libet id sit,  
Non dubito, capit is propè nostra cacumina plaustro  
Obseditse Helicen, Boreisq; habitare sub ursis:  
A quibus inq; Meri vergit loca pone diei  
Gracia, cum multis alijs, qua Turca gubernat  
Sævitia; populus nostrum deinde incolit ortum  
Polonus. Conclude unde expectabimus hostem?  
Ipseq; divina, Munde impie, restes adhuc quid  
Temporis, ut possint vatum pranuncia finem  
Nancisci, confer quoq; nuncia, fida Sophorum  
Priscorum, quorum minus incertissima credes.  
Quod debellabit Germanos Turca Tyrannus,  
Per Polonorum ducendo sua agmina fines.  
Quod complura quidem magis argumenta probare  
Possent, perferret si angustia temporis illud.  
Auribus atq; minus modo tadia multa crearet,  
Sed quia non ullis innotuit hora diei  
Postremi plenè, (siquidem simul ipse Rredemptor  
Cognitione ut homo semet subduxit ab ejus)  
Nos etiam nimis hoc non propugnamus, at omni  
Percupimus suadere minus bona facta laborent  
Ponere, & in vita stabili novitate Tonanti  
Irato laudabili or occurrere vitâ.  
Cum natura nihil frustra, nihil atq; supremus  
Attentare Deus soleat, quod currat inane.

Nam

Nam cùm Iudeos volvii deperdere solos  
Urbis in illorum desixit cuspide sola.  
Lumen, non multum fortassis dispere cauda:  
Quod fulgore suo totum resplenduit annum.  
Sic hoc non uni minitatur spicula terræ,  
Sed quia per plures populos errante vagatur  
Tramite, non etiam patietur paucior ordo.  
Ne nimis a longum metro numerata trahantur  
Fila, sed & portum tandem mea cymba requirat:  
Eventus iterum, sibi quos natura fatetur  
Competisse magis, capio proponere vobis,  
Hos inter se sequitur mors immatura virorum  
Nobilium; Regum, tūm queis mandata potestas  
Imperiū suprema; quod & ratione probare  
Possimus hic duplici: Nam virgæ cursus iniquam  
Ad Lancem pernix, Domino privabit inique  
Classes Austriacas quod suspendetur ad usq;  
Sex saltem menses postquam disparuit ignis.  
Hujus causa fuit, p̄ceat quod lumina Solis.  
Noc domus illa sibi tantum defendat & omnis  
Insidias generis, technas quoq;, vimq;, necemq;.  
Sed quicunq; suâ plures virtute gubernant,  
Vicini nobis qui nobilitatis arvitæ  
Exsuperant reliquos splendore, potentia vita  
Et mortis quibus est in plures, suadeo, fido  
Artis consilio, caveant sibimetq;, suiq;  
Roboris assiduam curam venerentur, amentq;.  
Ne quis perfidia ab vobis imponat, & Arte  
Insidias ponat Magicā, qua morte necari  
Possetis; citò subiectos quoq; perdere cunctos.  
Namq; quid in stratiotarum celebratius ore?  
Quæ magis & veris hodiè sunt consona linguis!

C

Quam

Quam casus ducibus quod sit quoq; fundere classes  
Non sudoris opus, nec multa requirere vita  
Detimenta. Quod ostendit Pannionus heros,  
Quem cum lux occidisset per toxica talis,  
Cum numeraremus Christi non pluribus annis  
Partum, quam septem, sesqui quoq; secula dando  
Quatuor; heu, quanta cum libertate Pelasgos  
Invadit trucium Turcarum Copia! quantis  
Hellados heu bellis Satanae genus occupat ades!  
Heu quanta nostros invadet strage, Cometa  
Hoc proeunte, locos! quantaq; Tyrannide nobis  
Numine pro vero nostro simulachra scelesti  
Arabis obtrudet Turcarum turba scelesti.  
Si resipiscentes non annitemur Jovae  
Irati precibus compescere protinus iram.  
Nam nihil est, quod plus spires Lux, aëre tantum  
Quæ micuit tempus, nec in ullum pluribus ipsa  
Consentit signis, sœvi quam in prælia Martis.  
Quod si scire cupis, numerabo tibi ordine justo.  
Ac primum sanè, vitam quod Scorpius igni  
Tradidit, antè vide. Varium nunc percipe motum.  
Quomodo cum flammâ rutilante tetendit in altum?  
Cum Firmamento modò ab his, in signa cucurrit  
Illa retrò, Sic cum rellinqueret atra venena  
Scorpii, in equali dein tertia Lance cuivis  
Distribuebat in his terris pro criminis urna.  
Tum quid ferre potest aliud, quam prælia genti;  
Cum rubeo in primis referebat sanguine tintans  
Picturam, Prater ferrum nihil igneus addit,  
Stella licet vario quandoq; colore micaret.  
Postremo non est, cui non sit cognita Maris  
Nature virtus, belli sitiensq; cerebrum.

Sed

Sed quis nam Cirros movit, foviitq; Cometa?  
Quis præter Martem per congrua signa cerebri  
Egit ritè sui flagrantem lampada crine?  
Nam procul à Libra ad primordia flamma Cometæ  
Non stetit: inde vagabatur per sidera castæ  
Erigones directa ferè sub tramite Solis.  
Ast hinc directo ductu migrabat ad Arcton:  
Primum ubi per Philacem sibimet foret ejus eundum,  
Quem mensurabant ejus vestigia totum,  
Ut nihil à pedibus non tactum ad summa maneres  
Verticis. At digitos cum vix penetraverat ejus  
Levos, & jam jam transiisse fræna Caballi.  
Prima Ljcaonia, qua maxima dicitur, Urse,  
Materies plenè defecit, terrea plurem  
Nec quoquam ex septem referente erronibus orbis  
Obliqui, Cessare Coma, ramisq; coacta est.  
Ac sic in nostro perfecit vertice cursum!  
Tutus ab insidijs speciei transiagat ævum.  
Nec plebs sit nimium posthac secura, sed altè  
Pradicet Auctorem cœli, terræq; profundæ,  
Parcere quo bello nobis dignetur atroci:  
At si nos malit, minitante quod indicat Astro,  
Plectere militia, magis infimus atq; supremus  
Oret, ut audaci non cingere deneget hasta,  
Aut Clypeo nos met valido Fortissimus orbis:  
Quæis minus haut ac cœlestes Erimanthidos Ursæ  
Exstinxere comas stellæ, nos atq; queamus  
Ipsius telis hostes extinguere nostros.  
Hostibus hic etenim pressi sumus ante subinde,  
Postea sed potius toti reprimemur iisdem.  
Nullâ quippe suo vadit sub imagine cursu

C 2

Ignis

Ignis Caudatus, quam non insania Martis;  
Nulla, quam moveat non seva ferocia Martis.  
Quod confirmandum nunc per paradigmata Jure  
Restaret, si non reperiret Cymbula portum,  
Unum in calce tamen placet hic proponere vobis,  
O Auditores, constant verissima, quod sint  
Bis quadraginta modo non spatia annua plenè  
Præterlapsa; Saraceni cum bella moverent  
Germanis, in queis tamen occubuerent Tyranni.  
Vah quanta est regni mutatio facta Gothorum!  
Anglia te docuit magnos perferre tumultus!  
Nec Satana à technis Ecclesia libera vixit  
Illi temporibus, sed suscitat ecce feroce  
Tunc Anabaptistas, quos Westphala terra labore  
Non minimo tandem dispersit stirpe profunda.  
Tam funesta suis mortales temporis ejus  
Funera sustinuere humeris, sed non sine causa  
Celesti. Siquidem, nobis numerantibus, Orbem  
Edito in hunc Christo, triginta arg. unius anni  
Millibus elapsis sesqui decursibus una  
Annis triplicibus, trini micuere Cometa,  
Qui tanta cladis revera causa fuere.  
At quia idem Signum simul invisere & idem,  
Quod noster: certè hinc etiam concludere possum,  
Non multum absimiles vires habiturum & eundem.  
De quibus hic dixisse satis, mea lassa Carina  
Commoner, orando quando finivimus bisce,  
Anni sub finem veteris; nunc protinus orso  
Horrida favX nos non attInat fine CoMeta,  
Spicula neC CrVCient MVLtos Clrrata nepotes.

D I X I.






27.8.58







33. Godelm. l. 2. c. 5. Casman. p. à. 597. ad 606. Tipl. 4. probl. 26. sequ. Finck. exerc. Acad. p. 495. Thom. quæst. ill. phil. cent. I. q. 5.

is nos, quæ à nonnullis in contrarium afferentur de imprægnatione, & illa, uti congressum, Diaboli præstigijs adscribenda esse, effet, & distendat mulieris ventrem, & in partu fucato supposito forte condensato factum, quem ad tempus ipse moveat, per per quem martris ubera tam acriter sugit, ut vix multarum ieiunat, vel etiam, ut infantem verè humanum aliunde raptum hoc permaket, si non ex cohabitatione cum proprijs maritu aut genitus &c. Cedendum enim & meo & Lectoris purrandum.

### Quæstio IX.

Magæ valeant ex juncis, bipennibus, clavis & similibus lac emulgere?

lum multa posse Dei permitti extra eis controversiam. Testatur ilis ipsius potestia 2. diuturna & multiplex rerum à primo inde experientia 3. essentie & qualitatum, quæ possunt, exacta scientia. eas 5. sensuum acrimonia 6. Diabolorum ad invicem familia-

lum dapes aliaq; aliunde raptæ, poma, pæra, cerasa, fraga tem-  
pore ex Asia, India, Africa vel ubicunq; astas maturior. Vid.  
b. geograph. quas mappas vocant quanquam & hic  
occurrat) etiam lac vaccis subductum quacunq; hora suis attulisse  
confederatis Magi compertum est.

In Lamia seu Magæ perfusæ sunt se ejus operæ ex bipennibus,  
similibus siccissimū rebus lac emulgere aut per epistolium ex-  
mēā quidem opinione, valde errant, cum nihil minus ab ipsis  
menta quedam adhibeant, sed occulte & guttatum affundatur  
cū id ipsum ante subduxerat. Confer. Iodoc. Hockerium in  
titulum fecit der Teuffel selbst c. 47. p. 88.

vid' hoc casu faciendum illi, qui inde damnum sentit? Resp. 4.  
De luxurie, contemnendum esse opus seu maleficium, & in con-  
Dominum Satane in fide & pietate, ut servum malitiosum  
tantum quoq; de hac quæstione. Supersunt multæ aliena-  
biles, jucundæ & utiles, de miris Diaboli effectis &  
actioni-